

**Sermo**

**A** ubi ergo et tinea demolitur. et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate vobis thesauros in celo ubi neque erugo. neque tinea demolitur. et ubi fures non effodiunt neque furantur. **A** ubi est enim thesaurus tuus: ubi est et cor tuum.

**Sermo. xxxvij. de epistola.**

**Q** uertimini ad me in toto corde vestro. **I**ob. ij. Ecce quod dulci sermone incipit loqui ad nos dominus deus noster. **M**are vor tua dulcis domine ihesu. **A**ugust. Age domine fac. excita et reuoca nos. accende et cape. flagra. dulcesce a menus ut curramus ad te. **E**t notantur hic quatuor. scilicet ad que debemus conuerti qualiter. in quibus. et quare. **P**ro que debemus conuerti notat dominus dicens. **C**onuertimini ad me **I**ere. iij. **S**i conuerteris israel ait dominus ad me conuerte re. **N**am multi conuertuntur de vno peccato ad aliud. **D**e quibus **I**ere. ix. **D**e malo ad malum regressi sunt. **D**ebemus autem conuerti ad dominum sicut ramus flexus ad locum suum. **L**ocus noster est ipse dominus. **U**nde **a**ug. flexisti nos ad te et in quiete est cor nostrum donec quietescat in te. **A** quiete rectitudinis huius flexerat nos manus dyaboli: inclinando ad tempora huius et caduca. **I**te debemus conuerti. sicut pullus perdidit ad genitricem suam quoniam audit vocem illius. **N**atura huius est quod altera alteri furat oua et fouet ea: sed postquam egrediuntur pulli: quosdam industria naturalis: mor ut audiunt vocem illius que oua genuit: dimittunt nutrices: sequentes genitricem. **I**ta dyabolus furatus est animas fidelium. sed nunc quoniam audiunt vocem creatoris de-

**Tricesimusseptimus**

**B**ent redire ad illum. **I**ere. xvij. **P**erdit fouet que non parit etc. **I**tem conuerti debemus ad dominum. sicut pullus aquile ad solem. **N**atura enim aquile est: ut omnes pullos suos soli exponat. et eos quos ad solem videt conuertit: et irreuerberatis luminibus solis radios intueri: fouet et nutrit. et alios tanquam degeneres de nido proicit. **S**ic et pater celestis faciet nobis: nisi ad solem iusticie conuertamur. **A** hunc solem facies moysi glorificata fuit. ita ut filii israel non poterant intendere in eam pro claritate. **E**xo. xxxiij. **I**tem conuerti debemus. sicut natus ad manus domini sui: quoniam ostendit ei cibum. scilicet frustum carnis. **H**oc modo ad se nos dominus reuocat: ostendendo nobis carnem suam cruentam et immolatam pro nobis in cruce. **U**nde dicit **p**salm. xliij. **R**euertere ad me: quoniam ego redemi te. **N**on dicit: quoniam creauit te. vel quia nutriuit te. sed solum beneficia redemptionis ad mentem reducit. quia hoc quod magis allucit: plus accendit. sic dicit hic bernardus. **Q**uo me vertas ut conuertar ad te domine deus meus: super autem in fra. ad dextram an ad sinistram. si ascendero in celum tu illic es etc. **E**t **i**ob. xxij. **S**i ad orientem iero non apparet. si ad occidentem non intelligat eum. si ad sinistram: quid agam. non apprehendat eum. si ad dextram cernat illum. sed non te o homo maria transiret. non penetra re nubes. non grandis ostendit via usque ad temetipsum occurre deo. id est vsque ad cordis operationem. **U**nde **p**salm. xvi. **R**edite preuaricatores ad cor etc. **Q**ualiter autem conuerti debemus notat eum dicit. **I**n toto corde vestro: non